



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXLIX. Gregorius VI. Anno Christi 1044. Henrici III. Reg. 6. Const.
Monomachi 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

Clemente post novem menses ultra montes defuncto, praefatus Benedictus iterum in Pontificatum reversus, per octo circiter menses illum retinuit. Et antiquum MS. apud Papebrochium in Conatu pag. 187. Benedictus tertio reversus in Pontificatum, tenuit eum menses octo, dies decem, id est à festivitate Sanctorum quatuor Coronatorum (VIII. Novembris die, anno 1047.) usque ad festum S. Alexii (XVII. Julii anni 1048.)

CXLIX.

GREGORIUS VI.

ANNO CHRISTI 1044.

HENRICI III. REG. 6. CONST.
MONOMACHI 3.

GREGORIUS VI. *Joannes Gratianus* antea dictus, Archipresbyter S. Joannis ante portam Latinam, Pontificatu, quem à Benedicto IX. an. 1044. acceperat, anno 1046. spontè se abdicavit in Concilio, quod Henricus III. cognomine *Niger* successor Conradi II. rebus Ecclesiae Romanae componendis, Sutrii habendum curaverat. (1) *Annos duos, & menses octo Pontificis munere functus*

Bar. an. 1044 §. 2.
5. 6.
Pag. §. 1. IX. an. 1044. acceperat, anno 1046.
Bar. an. 1046. §. 1. Spontè se abdicavit in Concilio, quod Henricus III. cognomine *Niger* successor Conradi II. rebus Ecclesiae Romanae componendis, Sutrii habendum curaverat. (1) *Annos duos, & menses octo Pontificis munere functus*

1047. §. 5.

traditur : &, ne presente ipso Roma aliquid innovaretur, ab Henrico deductus in Germaniam. ibidem è vita migrasse dicitur. (2)

ANNOTATIONES.

(1) *Leo Ostiensis, qui hoc ipso tempore floruit*, lib. 2. Chron. Casin. cap. 79. *addit, ab Imperatore invitatum fuisse Pontificem, ut Synodo præsideret, ne quamvis ipsius Pontificis causa ageretur, ipse tamen summus iudex esset* : Bellarminus lib. 2. De Rom. Pont. cap. 29.

(2) A Victore III. lib. 3. Dialogorum, & Leone Ostiensi lib. 2. Chron. Casin. cap. 79. Gregorius VI. & Benedictus IX. quamvis Simoniacus uterque, tamen Romanis Pontificibus annumerantur. Silvester non item.

Atque hos tres per idem tempus Ecclesiam Romanam perturbasse, tradunt Victor III. & Leo Ostiensis locis modò citatis, Hermannus Contractus in Chron. ad an. 1044. & Bonizo Episcopus Sutrinus apud Lambecium lib. 2. Bibliothecæ Cæsareæ cap. 8. pag. 798.

Otto vero Frisingensis, qui postea vixit medio circiter sæculo duodecimo, lib. 6. cap. 32. ait quidem *circa idem tempus pudendam confusionem Ecclesie Dei in Urbe Roma fuisse, tribus ibi inuasoribus* : at horum numero eximit *religiosum Presbyterum Gratianum nomine*, quem Romani Cives eo rerum statu, *tanquam Ecclesia Dei libera-*

beratorem, in summum Pontificem elegerunt, & mutato nomine Gregorium sextum vocaverunt. Frisingensem sequuntur Panvinius in Epitome Pontificum Romanorum pag. 55. Baronius ad an. 1044. Ciacconius, aliique. Vide Excursum Historicum Angeli de Nuce ad Leonem Ostiensem loco memorato, inter Scriptores Rerum Italicarum tom. 4. pag. 396. & Thomassinum De vet. & nova Ecclesie disciplina part. 3. lib. 1. cap. 61. §. 1.

CL.

CLEMENS II.

ANNO CHRISTI 1046.

HENRICI III. IMP. I. CONST.
MONOM. 5.

CLEMENS II. Saxonicus, antea *Suidgerus*, Episcopus Bambergensis (1) communi Cleri, populi que Romani, & Episcoporum, qui memorato Sutrinio Concilio interfuerant, consilio, in Pontificale fastigium pro vectus est, *quia in Romana Ecclesia non erat tunc talis reperta persona, qua dignè posset ad tanti honorem sufficere sacerdotii.* (2) Natali Christi Domini die inauguratus, ipsa die Henricum Regem, & conjugem ejus Agnetem impera-

Bar. an.

1046. § 1

2. 5.

Pag. § 1. 2